

Qualiter sacerdos debet se post hec di
sponere et pparare: et i celebrado se habere

*Qualiter debet
esse confessio:*
Quinq. ps.
Summe sacerdos
Canon.
Ostendit ex ruminacione predictorum in meditacione sua ex
arde scit ignis: in corde tuo euome et purga feces pecca
torum tuorum spiritu contrito et humiliato: memorans quanta
comisisti verbo et ope: ac cogitacione/ quanta bona omisisti que
deuisti facere et potuisti. et vadens ad spiritualem medicum et
patrem dic peccata tua/ non comuni et generali confessione/ ut
quidam duri cordis facere non verentur. palliantes foliis com
muniu verborum in sua generali confessione enormia peccata et
absque verecundia et dolore taliter preferentes. ut etiam in pla
teis possent taliter absque rubore publice profiteri. Hec non est con
fessio. sed subrisio et derisio ac deceptio. quia si vis sanari/ aperire
vulnera tua. et de profundo corde dicere clare et aperte omnia que pro
precedentem confessionem comisisti. Hecum opera sed cogita
tiones pueras quarum delectatio mentem maculauit. non solum
mortalia: sed venialia grauiora que conscientiam mordent et
ledunt. Cetera vero pro modum generaliter breuiter et clare ex
prime. Deinde pacta penitentia tibi iniuncta decanta cum de
uotione illos quinque psalmos. que dilecta. et cetera. cum suis ver
sibus et orationibus. Dicas etiam si tempus suppetit orationem il
lam Summe sacerdos. que efficax et deuota est. Postea pro
cedens ad altare recollige christum euntem ad crucem/ et fige
cor tuum ad ea que in passione gesta sunt. Legas clare et distin
cte ea que legenda sunt. non multiplicando multiplices colle
cta/ nec alia legenda ex deuotione vel proprio arbitrio. aliter quam a
sanctis patribus institutum est. Cum autem perueneris ad
sanctum canonem: recollige mentem ne per diuersa uagetur:
et appone diligentiam magnam in signis et actibus. et ma
iorem in verbis. maximam uero in intentione Primo pro
pter continentiam tam preciosi corporis. Secundo propter con
tinentiam diuinitatis immense. Item in memento tam pro
uiuis quam defunctis non sit cum uoce et uerbis recommendatio
sed tantum mente discurre per quasdam personas magis in
timas. et ceteras recollige sub compendio: referens intentio
nem ad omnes pro quibus antea orasti: siue orare promisisti